



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Svcqv̄et E Societate Iesv Via Vitæ Æternæ

Sucquet, Antoine

Antverpiae, 1630

Cap. 59. de affectu gaudij

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54856](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54856)

Benedic anima mea Dominum, & noli oblivisci omnes retributiones ejus: qui redimit de interitu vitam tuam qui coronat te in misericordia & miserationibus. Psalm. 102.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, totâ die magnitudinem tuam. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Psalm. 70.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo manè misericordiam tuam, quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meae. Psalm. 58.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus, in atrius domus Domini, in medio tui Hierusalem. Psal. 115.

Quam bonus Israel Deus hu qui recto sunt corde! quoniam magnificata est super calos misericordia tua, & usque ad nubes veritas tua. Psalm. 72.

Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum, confitebor nomini tuo, fac de me secundum beneplacitum tuum. Eccli. 51.

Venite & audite omnes qui timetis Deum, & narrabo vobis, quanta fecit anima mea. Anima mea illi vivet, & semen meum serviet ipsi. Psalm. 65.

CAPVT LIX.

De Affectu Gaudii Spiritualis, & modo eum exercendi.

EST gaudere primo de Deo, & de perfectionibus illius, potentiâ, sapientiâ, bonitate, quæ illi intrinseca sunt.

Secundo de extrinsecis bonis ejus.

Tertiò de bonis quæ anima cum Deo habet, & à Deo fonte, omnis boni consequitur, veniam peccatorum, gratiam, & gloriam, &c.

Quartò respuere omne creatum bonum, tamquam inimicum veræ lætitiæ, & gaudii.

Quintò rogare Dominum, ut gaudium nobis concedat & confirmet.

Exer-

Exercitium brevius Gaudii spiritualis.

1. Cor. 13.

Tobiae 5.

Isaia 61.

Psalm. 83.

Psalm. 18.

Psalm. 136.

Psalm. 91.

Psalm. 36.

Philip. 4.

Rom. 14.

Psalm. 72.

QUOD mihi in hac solitudine gaudium, Deus meus, nisi tu
omne bonum? sed eheu! longè & à me, & prope, & intrà
me, videoq; te per speculum in enigmate. Quantum ergo &
quale gaudium mihi esse potest, qui in his tenebris sedeo, &
lumen tuum, o sol iustitiae, non video? Gaudens tamen gaudebo in
Domino, & exultabo in Deo IESU meo, quia post tenebras spero
lucem. Utinam cor meum & caro exultent in te Deum vivum!
ubique enim etiam in hac lacrymarum valle materia gaudii
mihi est. Servit enim mihi omnis creatura, & celi enarrant glo-
riam tuam, & annuntiant mihi amorem tuum. Muros video
caelestis Ierusalem positos in oculis meis, ne tui, ne patria obli-
viscar. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui.
Delectasti me Domine in facturâ tuâ, & in operibus manuum
tuarum exultabo, & cum scriptum legam: Delectare in Domi-
no, & dabit tibi petitiones cordis tui: nonne dabis eas mihi qui
sunt gaudere in te Domino meo semper, & exultare in te in glo-
riâ tuâ, quodq; tibi flectatur omne genu? Utinam sic gaudeam, ut
vita hujus gaudia repellam constanter, & te fruam, ac tædia se-
ram fortiter, & quidquid tibi visum fuerit, tuus enim sum: &
quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desi-
derat anima mea ad te Deus.

Affectus Gaudii.

Psalm. 41.

Psalm. 36.

Gaudium

in Deo

omnia

impetrat.

Psalm. 31.

Gaudium

de bonis

Dei.

Isaia 55.

QUAM bonus Israël Deus his, qui recto sunt corde! verè
suavis est, Domine, spiritus tuus, qui jubes me delectari in
te, & si id fecero, promittis mihi dare petitiones cordis mei: di-
xisti enim per Psalterem tuum: Delectare in Domino, & dabit
tibi petitiones cordis tui. At quænam istæ sunt? nulla spero, nisi
ut latetur sapiens in astutiâ suâ, & fortis in fortitudine suâ: ego
autem in eo, quod cognoverim te omne bonum, & quod exultent
justi in te Domine, & glorientur in te omnes recti corde, Ieta-
mini in Domino & exultare justis, & gloriamini omnes recti cor-
de. Laudamini in nomine sancto eius, latetur cor quærentium
Dominum. Et quomodo non latetur in te is, qui quærit te, dum
inve-

inveniri potes, & invenit te? dicebat ille amicus tuus: Memor fui Dei mei, & delectatus sum, nonne & me replebis lætitiâ cum vultu tuo? & introibo in conspectu tuo in exultatione? sto enim hodie coram te, & latabor, & exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime.

Exultabit cor meum in salutari tuo: Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini Dei Altissimi: Quanta enim bona de manu tuâ accepi præ aliis plurimis, à quibus me nihil discernit, nisi gratia tua? Itaque dicam cum Psalte tuo: Dominus regit me & nihil mihi deerit, nihil, nihil in loco pascuæ, ubi me collocavit: super aquas refectiois educavit me: animam meam convertit: deduxit me super semitas justitiæ propter nomen suum. Quis enim homo novit viam suam, & finem suum, nisi tu Domine? parasti insuper in conspectu meo mensam carnis, & sanguinis tui ferculis instructam, adversus eos, qui tribulant me, impinguasti in oleo misericordia tuæ, caput meum, & calix tuus inebrians, quàm præclarus est!

Super omnia tamen hoc me delectat, quod misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ: idq; ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum. sic detergo omnem lacrymam ab oculis meis, quia oculi mei te conspecturi sunt, & vias justas & equas, quibus me perduxeris ad te. O quomodo anima mea tunc exultabit in te Domine, & delectabitur super salutari tuo! omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi? quando nempe inebriabor ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis potabis me.

Nunc hinc ure, hinc seca, quod bonum est in oculis tuis hoc facito; tuus sum ego: tu nosti quid expediat non tam mihi, quàm magno nomini tuo. Tu medicus, & ego aeger; tu benignissimus Pater, & ego filius, quis, qualisq; tu nosti qui scrutaris cor & renes: sufficit ut noveris, non enim amas & deseris. Etenim agnosco Patrem, ideòq; & si ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Latabor & exultabo in te, & gloriabor in te Deo Salvatore meo. Absit enim gloriari nisi in te & in cruce Domini nostri JESV Christi, & in amore tuo bone IESV. Exultabimus, & letabimur

Memoria
dulcissima.
Psal. 76.
Præsentia
Dei.
Psal. 9.
Psal. 12.

Gratiarum
actio.
Psal. 22.

Enumera-
tio benefi-
ciorum Dei
& causæ
lætitia.

Desideriū
vniōni
cum Deo.

Psal. 39.

Resigna-
tio.

Cant. 1.

latabimur in te memores uberum tuorum super vinum. *Plurimum enim elucet potentia, sapientia, & bonitas tua, & in omni misterio vita mea charitas immensa erga me elucet, & me trahit. Video enim hac geri ut mortem me appetentem interimas, & vivam tibi; ut ignorantiam meam pellas, & cognoscam te esse omne bonum, & me, & omnia nihil esse in conspectu tuo, nec satiari posse cor meum, nisi te uno, eò quòd creaveris nos ad te. Doces me vintere hostes meos, & gratia tua pravenis, & ubique gloria aeterna pignora ostentas mihi, & ubique ò gaudium, & fiducia mea, ubique es mihi praesens & omne bonum.*

Affectus
zeli.
Cant. 1.
Psal. 20.

Isaia 53.

Rom. 13.
Actus amoris.

O utinam cognoscant te, & te presentem intelligant omnes mortales. gaudeo interim & gratulor; quia recti diligunt te, & sperant in te, qui nouerunt te. Inter hos ego minimus seruorum tuorum, quem tot benedictionibus dulcedinis pravenisti, & in amaritudine anima mea delicias mihi praparare dignatus es. Condonasti etiam, ut spero, mihi omnia peccata mea, qui dolores meos, & languores verè portasti, & tormenta tua mihi voluisti esse vera solatia, tuas calumnias mihi gloriam, & doctrinam, & arma mea, imo vestem meam, ad quam me hortaris, per Apostolum amantissimè, dum dicit, Induimini Dominum IESVM Christum: quid illud est? lucem inaccessibilem, charitatem ineffabilem, ut omnis ignorantia tollatur, & omnis amaritudo evacuetur. Gloria enim magna indui veste tua, & te Domine mi sequi.

Affectus
amoris.
Psal. 103.

Non fecisti, non fecisti taliter omni nationi, uti mihi; & cur mihi? equidem quia amabas me. & ego ullo momento vita mea, aut aeternitatis tuae te non amabo: dico tibi, dico obsecro ne irascatur Dominus si loquatur pulvis & cinis, dico ex intimo corde coram curia tua; per gratiam tuam amo sincerè te, amo & ex hoc momento in aeternum omnes respiraciones & motus, actus esse cupio ardentissimi amoris. Cantabo Domino in vita mea, psallam tibi Deo meo quamdiu ero. Iucundum sit tibi eloquium meum: ego enim delectabor in te Domine, & amabo te toto corde meo.

Gratulatione.

Gratulor tibi, & gaudeo de omnibus bonis tuis, non quia communicare ea mihi vis, sed quia tu ea possides, & eis gaudes & infirma

infinita bonitas, sapientia, & potentia, sufficit mihi hac esse tua.
 & me esse nihil in conspectu tuo, qui enim existimat se aliquid Galat. 6.
 esse cum nihil sit, ipse se seducit; gaudeo tamen de presentia tua,
 cui stectitur omne genu, quem ardentissimo corde complectitur
 universa curia Sanctorum, & Angelorum. O utinam etiam sic Psal. 70.
 universum cor humanum tecum unum esset, te unum amaret, &
 speraret. Non eges quidem, non eges istis amatoribus, non egestu Deus non
 Domine Deus honorum meorum, sed quod tibi debeo, infinitis eget nobis.
 titulis, malignè quidem reddo, reddo tamen, & cum gaudio: Psal. 15.
 Confitebor tibi in vasis Psalmi, & veritatem tuam Deus psal-
 lam tibi in cithara sanctus Israël. Psal. 70.

O utinam ego, & omnes perfectè te diligant omne bonum! Actus zelè,
 utinam exemplari vità, qualem me ducere decet, & exigit cha-
 ritas tua, sic honorificare possem te, ut traherem omnes in odo-
 rem unguentorum tuorum; tu enim amor noster, & gaudium,
 tu delectatio nostra, tu spes & gloria nostra. Fac igitur ut omnè Eccl. 2.
 risum reputem errorem, & in te solo, & de te solo gaudeam. Hoc Contem-
 enim scio à principio, ex quo positus est homo super terram, quòd ptus sæculi.
 letitia impiorum brevis est, & gaudium hypocrite ad instar pū-
 sti. Si ascenderit usque in calum superbia ejus, & caput ejus nu- Job. 10.
 bes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui cum vi-
 derint, dicent ubi est? velut somnium avolans non invenietur,
 transiet sicut visio nocturna, & cum dulcè fuerit in ore ejus ma- Ibidem.
 lum, abscondet illud sub lingua sua, panis ejus in utero illius ver-
 tetur in fel aspidum intrinsecus divitias, quas devoravit, evomet,
 & de ventre illius extrahes eas Deus, caput aspidum suget, &
 occidet eum lingua viperæ. Absit ergo, absit à corde serui tui,
 qui confitetur tibi, absit ut quocumque gaudio gaudeam bea-
 tum me putem. Est enim gaudium quod non datur impiis, sed Aug. lib 10.
 eis qui te gratis colunt: quorum gaudium tu ipse es, & ipsa vita cont. c. 22.
 est beata gaudere ad te, de te, & propter te; ipsa est, & non est al-
 tera, neque ad alteram tuam gratiam suspiro: Quidquid enim in Eccl. 1.
 mundo est, universa vanitas est, & afflictio spiritus. In te verò
 qui exultat animus, tranquillus est, neque habet, quod exoretat Chryl. h. 2.
 extra te. Animi enim tranquillitatem & letitiam, inquit Chry- in epist. ad
 stomus tuus, non principatus magnitudo, non pecuniarum co- Rom.
 pia,

pia, non potentia tumor, non corporis fortitudo, non mensa sumptus, non vestium ornatus, non aliud quidquam rerum humanarum afferre consuevit praterquam rectè factum, & bonum spirituale, & munda conscientia, quam certè qui habet, ut panosus sit, & cum fame luctetur, tamen tranquillior, & beator est iis, qui inter delicias degunt; quemadmodum & qui male sibi conscius est, et si omnia bona possideat, omnium est miserrimus.

Mundus non satiat.
Esther 3.
3. Reg. 21.

1. Cor. 11.
2. Cor. 7.

Tristitia noxia.
Prov. 25.

Eccli. 38.
& 35.
Iustus non tristatur.
Matth. 16.
1. Cor. 6.
Philip. 2.

Contemptus sui.

Psal. 70.

Psal. 70.
56. 9. 21. 34.

Ecce Aman mediâ in felicitate quidquam se habere negat, id quod Mardocheus se non colat, & infelix Achab, quod vineam Naboth non possideat. Apostolus verò tuus in fame, & siti, in frigore, & nuditate, in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, Repletus sum, ait, consolatione, superabundo gaudio. Da mihi, obsecro, hoc gaudium, & amara sit mihi omnis delectatio, qua extra te est: huius enim extrema luctus verè occupat, & tristitia secularis, quam, obsecro, ut avertas à servo tuo. Sicut enim tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi: & à tristitia cordis festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit cervicem, & omnis plaga tristitia cordis est, verum hac non invadit servum tuum, qui despicit universa propter te, & novit quàm preciosa sit anima sua sibi, & tibi; quodq; pro eâ nullam commutationem dare poterit. Empti enim sumus à te precio magno, ô sapientia, ô bonitas, & verè quàm preciosus tibi sum servus, qui ut tuus essem, formam servi accepisti in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

Et unde tibi tam preciosus eram qui sum verè & sincerè vilissimus, & talem me haberi volo & velle debeo? quomodo emisisti me precio tam magno, ut scilicet glorificarem & portarem te in corpore meo, & unum te diligerem? & poterò ne alium prater te, quàm preciosa debet esse gloria, & desiderabilis, quam sic emisisti mihi! quàm terribilis infernus, à quo me sic redemisti, & præservasti, in quem innumeros ruere video, quia derelicti sunt à te, quia dereliquerant te. Exultabunt labia mea, cum cantavero tibi, & anima mea quam redemisti: sed & lingua mea totâ die meditabitur justitiam tuam, cum confusi, & reveriti fuerint, qui quarunt mala mihi. Exurge Deus meus, exurge gloria mea:

labor,

latabor, & exultabo in te, & narrabo nomen tuum fratribus meis, & in populo gravi laudabo te; quia vicisti leo de tribu Iuda, Apoc. 5. & illuminasti me sedentem in tenebris, ut surgerem, & sequerer te, & intrare in gaudiū Domini mei. Vnum id peto, sed non nisi propter te: non cupio videre bona tua, nisi ut laudem te, nec evadere supplicia aeterna, nisi ut honorificeris, & justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris: omnia enim propter te-metipsum fecisti; tu unus sufficis mihi, & sufficit mihi gratia tua. Non ergo sapiat mihi mundus, aut bona illius, quando gustavi, & vidi quā suavis sis, Domine IESV; quem amo toto corde meo, non delectent me syrenum cantus fallaces, quando vox tua dulcis sonuit in auribus meis, & dulcia facta sunt faucibus meis eloquia tua super mel & favum.

Psal. 50.

2 Cor. 12.

Psal. 33.

Quid mihi delectabile esse potest, postquam vidi te Domine, & salva facta est anima mea? quid me contristare deinceps potest? gaudens gaudebo in Domino, & exultabo in Deo IESV meo. Tu enim regis me Domine, & nihil mihi deerit. Cur ergo sperare, aut alicui obnoxius esse volo, qui in te uno omnia habeo: si fameo, ecce parasti in conspectu meo mensam. Et tu qui cibus es Angelorum, factus es cibus viatorum, & fecisti mihi convivium pinguium, & manna absconditum, & panem preparasti omne delectamentum in se habentem. gaudens ergo gaudebo in Domino, & exultabo in Deo IESV meo, quia hodie licebit vesci pane Angelorum, & non tantū ut catellus comedere de micis, quae cadunt de mensa dominorum meorum. Si ager fuero, ecce impinguaſti in oleo misericordia caput meum, & calix tuus inebrians quā praeclarus est! si conturbatus, ecce gustare dedisti & videre quā suavis sis, etiam in hac valle lacrymarū; tolerabilem hanc mihi facit providētia tua, quae & capillos meos numerasti, & ne quidem unum decidere posse absque tua providentiā novi. Hinc nox illuminatio mea fit in deliciis meis, quando tu in tenebris lux orta es mihi, & uti spero, & opto, recto corde letitia.

Abacuc. 3.

Applicatio

ad Rom.

munione.

Psal. 22.

Fiducia in

Dei pr-

vidētia

Matth. 10.

Lucæ 21.

Psal. 138.

Narrabo nomen tuum fratribus meis, & in medio Ecclesie laudabo te. Qui timeatis Dominum laudate eum; universum semen Iacob glorificate eum. Laudate nomen eius, quoniam suavis est Dominus in aeternum misericordia eius, & usque in ge-

Psal. 21.

Psal. 99.

- Pfalm. 95. *neratione veritas eius: cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius: annuntiate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius: quia secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tue Domine latificarunt animam meam, sed super haec omnia quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini, quando veniam & apparebo ante faciem tuam? quando reddes mihi latitiam salutaris tui, & implebis me cum gaudio vultu tuo, & ostendas mihi delectationes tuas in dexterâ tuâ usque in finem?*

JACVLATORIAE.

- Rom. 11. *O Altitudo diuitiarum sapientia & scientia Dei, quam verè incomprehensibilia sunt iudicia tua, & investigabiles viae tuae, quam magna multitudo dulcedinis tuae!*
- Pfalm. 30. *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in secula. O quam doleo quod non omnia opera mea semper benedicant tibi*
- Dan. 3. *Cur ad modicum piget hic o anima mea laborare & flere, & inuenire in te multam requiem?*
- Eccli. 51. *Da mihi, Domine, qui solus potes, de te gaudere, ut dicere possim: Memor fui Dei mei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & discessit spiritus meus.*
- Pfalm. 118. *Obsecro te per misericordiam tuam, particeps sum ego omnium iumentium te, & gaudii Sanctorum tuorum N.*
- Philip. 4. *Gaudebo in te Domine semper & sine intermissione, ut videant homines opera mea bona, & glorificent te.*
- Matth. 5. *Aqua multa non poterunt extinguere charitatem & gaudium Sanctorum in tribulationibus, quid ergo mihi nocere poterit si boni emulatores fuerim?*
- Cant. 8. *O Domine, da mihi gustare & videre quam suavis sis, & nihil velle praeter te, aut extra te*
1. Pet. 3. *Nihil vereor horum, nec facio animam meam preciosiorem quam me, dum modo consummam cursum meum, & placeam tibi.*
- Pfal. 72. *Act. 20.*

CAPVT LX.

De affectu Amoris, & modo eum exercendi.

1. **E**X omni creaturâ hîc elici potest, ex omni beneficio, ex omni vitæ Christi mysterio; ad hunc autem conducet se in praesentiâ Dei statuere quieto corpore,